Carolo Morgensterno
Professori Dorpatensi, a consiliis Status,
Equiti,
Viro perillustri, Doctissimo,
Professor Mosquensis, Katschenowsky
S. P. D.

Et Commentationem (Partem nempe I. II.) de Numismate Basilii cum litteris tuis, et Curas Secundas magna cum voluptate animi saepissime perlego. Stimulor desiderio videre III partem ejusdem commentationis, ut que mihi mittetur suo tempore, Te, Vir Perillustris, humanissime rogo. Noli putare me aegre tulisse, quod opinio tua discrepat a mea. Provocatus ab illustrissimo Comite Rumiantzowio, chartae commisi ea, quae in promptu habuerim. Caeterum, hucusque abstineor emittere in publicum sententiam meam; sed quaeque ea futura sit, adhaereat ne tuae vel minus, enarrabitur cum debita clarissimo nomini tuo reverentia. Vale, vir perillustris, mihique fave. Mosquae d. 31 Martii, 1825.